Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Titulus

trinitatis alia pertinens ad de-
terminacionem intencionis ministri
scilicet expressio actus baptisan-
di. Prima habetur ex institucione
divina et est secundum omne tem-
pus. Nam ista illa duo con-
currunt scilicet expressio ipsius
actus et persone in quam
transit actus. et hoc iterum
est commune apud omnes. Unde vi-
detur descendere a prima tra-
dicione et consuetudine bap-
tisandi apostolica. Secundo mo-
dus exprimendi et hic est
diversus apud latinos et gre-
cos. Cum ergo baptisma unum
sit. nec baptisantur in ecclesia
latinorum baptisati in ecclesia in
forma grecorum que est bap-
tisetur petrus in nomine patris
et filii et spiritus sancti. non op-
tet quod sit de substancia forme. Unde
pars illius forme que pertinet
ad sanctificacionem elementi
de substancia est. Alia vero quan-
tum ad expressionem actus
et persone baptisande simi-
liter est de substancia. quantum
vero ad modum expressionis
qui varius est. non est de substancia
ecclesie. sed emanat ex statuto
ecclesie que quamvis possit obligare ministrum
sed non potest mutare substancialiter
sacramentum. ideo eciam ille mo-
dus est de necessitate facientis et
non facti licet quidam dicant
quod est de necessitate utriusque ita
quod aliter baptisatus sit non baptisa-
tus sed opinio prima est verior et
communior hec per. Utrum ex-

pressio trium personarum sit de necessitate
forme baptismi. Respondeo quod sic cuius
racio est. quia baptismus per for-
mam suam consecratur secundum
apostolum ad ephesios v. Mundans eam
lavacro in verbo vite. Et et
augustinus de unico baptismo dicit
Baptismus verbis evange-
lii consecratur et ideo oportet
quod in forma baptismi exprimatur
causa sanctificacionis scilicet trium
personarum. Sciendum tamen quod pro-
fessio fidei trinitatis potest fieri
in baptismo quadrupliciter. Aut
enim quod sit plena in corde et
ore non in fide ecclesie et tunc
est vanum. Aut in ore plena
sed non in corde et tunc est
plena que fit in fide ecclesie
et non persone. Aut plena
in corde sed non in ore et hec
aut fit ex voluntate et tunc
est vanum aut ex necessitate scilicet
mortis supervenientis vel in-
firmitatis et tunc non est
simpliciter plenum sed ex di-
vina pietate supplente pre-
putari potest esse plenum
ut scilicet summus sacerdos non di-
mittat imperfectum quod erat
inchoatum et in hoc casu in-
telligitur quemadmodum ambrosius
exponit. Christus unctus dicitur
et ideo urgente unctum et
unctionem insinuat et propter
reverenciam Christi signi sibi ut
nomen Christi virtuosum et ce-
lebrare ostenderetur. Cessante
vero hac causa iam non licet sic
baptisare nec potest ut theologi